



SECTIO I.

DE ARTE RELAT. IN GENERE EIVSQVE THEORIA.

§. 1. **A**RS RELATORIA in genere est habitus, casum quendam iuridicum sciente ita proponendi, ut quid eius intuitu iustum, iuste iudicari possit.

Habitum esse dicimus, quia ars proprie consistit in habitu, frequentiori regularum exercitio acquisito. Vix ac ne vix quidem artem dicimus nudum habitum s. facilitatem agendi ex sola actuum reiteratione acquisitam.

§. 2. Quid inter litigantes iustum sit iniustumue, ante diiudicare non possumus, quam cognitis cuiusuis argumentis iisque, quae ea de re inter illos acta. Ergo artem relatoriam exercens argumenta cuiusuis partis litigantis intuitu

A 5

puncti